

PARS III. THEOLOGIAE.

CAPVT XV.

DE

VOLVNTATE DIVINA IN
SALVANDO GENERE HV-
MANO OCCVPATA.

§. I.

*Nexus do-
ctrinae.*

Absoluimus haftenus DVAS theo-
logiae PARTES, quarum PRI-
MA egerat *de summo homi-
nis fine*, DEO, visione beatifica olim fruendo,
SECUNDA *de subiecto*, in quod finis ille in-
troducendus est, homine, partim seorsim, partim
in coniunctione consideratio. Nunc sequitur *pars*
TERTIA, quae occupata est in *mediis*, per quae
ad summum illud bonum peruenitur, quae vel *prin-
cipalia* sunt secundum ordinem personarum diui-
narum spectata, vel *instrumentalia*, eaque vel ex
parte DEI, vel ex parte hominum. Inter illa
primum locum occupat consilium DEI in negotio
humanae salutis occupatum, vel *voluntas DEI sal-
uandi hominem*.

*Voluntas,
ratione
conceptus,
diuersa, in
se vero bna.*

§. 2. Ea autem duplici modo spe-
ctari potest; *vno*, quo sese ad omnes ho-
mines, posito certo ordine, diffundit,
alio, quo ad certos tantum homines, or-
dinem illum vel sequentes vel con-
temnen-